

Hic liber est mihi novem solidis
emptus in mensa superiore anno 1494 solutus

F 2290



MISSÆ PROPRIÆ
FESTORVM ORDINIS

FRATRVM MINORVM,

Ad formam Missalis noui.

EX DECRETO SACROSANCTI
Concilij Tridentini restituti.

ET CLEMENTIS VIII.
recogniti, redactæ.

ET NOVISSIMÆ EX COMMISSIONE
sanctissimi Domini nostri PAVLI PAPÆ V.
exactius examinatæ.



PARISIIS,

Apud Societatem Typographicam librorum Officij Ecclesia-
stici, ex Decreto Concilij Tridentini,
Via Iacobæa.

M. DC. XXXIX.

MISSE PROPRIA
EPISCOPORUM ORDINIS
SACRAMENTUM MINORVM

Ad Romanam Missam non
conceditur. Concilio Tridentino.

ET CLEMENS VIII.
recepit. sed ab

ET NOMINIS EKCO MISIONE
Concilio Tridentino.



1511
Apud Societatem Typographicam Librorum Officij
hic ex Decreto Concilij Tridentini
Via Jacobae

M. DC. LXXIX.

KALENDARIVM FESTORVM PROPRIORVM.

Siue Missarum Ordinis Fratrum Minorum.

Quando iuxta priuilegium Ordinis celebratur de Sanctissimo Sacramento, per annum Missa dicitur, prout habetur inter Votiuas Missalis noui.

IANVARI.

- Die 14 G Festum gloriosissimi nominis IESV. Duplex 2. classis. 7
Die 16 B Bernardi, Petri, Accursij, Adiuti, atque Othonis Duplex 2. classis. 9

FEBRVARI.

- Die 15 D Translatio sancti Antonij de Padua Confessoris. Dupl. II

MARTII.

- Die 14 C Translatio S. Bonaurentę Pontificis & Confessoris. Duplex. II
Die 20 B Ioachimi Confessoris. Duplex. II
Die 24 F Gabrielis Archangeli. Duplex maius. II

M A I I.

- Die 17 D Translatio S. Bernardini Confessoris. Duplex. 13
Die 20 G Berrardini Confessoris. Duplex 2. classis. 13
Die 25 E Translatio S. Patris nostri Francisci Conf. Duplex. 14

I V N I I.

- Die 13 C Antonij de Padua Confess. Duplex 2. classis. 14

I V L I I.

- Die 14 F Bonaurentę Pont. Confess. & Eccles. Doct. Duplex 2. classis. 16
Die 26 D Anne Matris Marię Virginis. Duplex maius. 18

AVGVSTI.

- Die 2 D Festum Portiuncule. Duplex maius. 18
Die 12 G Clare Virginis. Duplex. 2. classis. 18
Die 19 G Ludouici Episcopi, & Confessoris Duplex. 2. classis. &

		Commem. Oct. S. Clare.	20
Die 25	F	Ludouici Regis Francorum Confess. Semidupl.	21
		SEPTEMBRIS.	
Die 17	A	Impressio sacrorum Stigmat. B. P. N. Francisci. Dupl. 2. classis.	
Die 28	D	Elzearij Confessoris. Semiduplex.	23
		OCTOBRIS.	
Die 2	B	Translatio S. Clare. Duplex.	23
Die 4	D	Sancti Patris nostri Francisci Confess. Dupl. 1. classis.	23
Die 13	F	Danielis, & sociorum Martyrum. Dupl. 2. classis.	27
Die 27	F	Iuonis Confessoris. Semiduplex.	29
		NOVEMBRIS.	
Die 10	F	Translatio S. Ludouici Episcopi & Confess. Dupl.	29
Die 12	A	Didaci Confess. Dupl. 2. classis.	29
Die 19	A	Elizabeth Viduæ. Semiduplex.	30
		DECEMBRIS.	
Die 8	F	Conceptio Sanctissimæ Matris Dei. Dupl. 2. classis.	5

Die 11			
Die 11			
Die 11			
		M A I I	
Die 17	D	Translatio S. Bernardini Confessoris. Duplex.	
Die 20	G	Bartholomæi Confessoris. Duplex 2. classis.	
Die 27	E	Translatio S. Patris nostri Francisci Confess. Duplex.	
		I V N I I	
Die 14	C	Antonij Patris Confess. Duplex 2. classis.	
		I V L I I	
Die 14	F	Bonuarie Tonæ. Duplex 2. classis.	
Die 18	D	Anne Matris sanctæ Virginis. Duplex 2. classis.	
		A V G V S T I	
Die 13	D	Postum Fortunule. Duplex 2. classis.	
Die 13	G	Clare Virginis. Duplex 2. classis.	
Die 19	G	Ludouici Episcopi & Confessoris. Duplex 2. classis.	

MISSÆ PROPRIÆ FESTORVM ORDINIS

FRATRVM MINORVM.

FESTA DECEMBRIS.

Dic 8. **IN FESTO IMMACV-
late Conceptionis sanctissi-
mæ Dei genitricis Mariæ.**
Introitus.

Cat. 2.



Gredimini, & videte
filix Sion Reginam
vestram, quam lau-
dant astra matutina:
cuius pulchritudinem sol, & luna
mirantur, & iubilant omnes fi-
lij Dei.

Psal. 83.

Psalmus. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quæsumus, vt qui ex morte eiusdem Filij sui præuisa, eam ab omni labe præseruasti: nos quoque mundos, eius intercessione, ad te peruenire concedas. Per eundem Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientix.

Pro. 3. 6.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, ante-

quam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego paturebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat cælos, aëram: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fotes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ: cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eum. Beatus homo

qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenit inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Cār. **Graduale.** Qualis est dilecta nostra, charissimi? qualis est mater, discite, Domini? qualis & quanta sit soror, & sponsa Christi?

Exo. **ψ.** Dilecta nostra candida, immaculata, quasi aurora consurgens.

A. Alleluia, alleluia. **ψ.** Veni regina nostra, veni Domina in hortum odoris super omnia aromata.

A. Alleluia.

Tempore Paschali omittitur.

Graduale, & additur sequens ψ.

Virga Iesse floruit, virgo Deum, & hominem genuit, pacem Deus reddidit, in se reconcilians inimicis, **A.** Alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

G. Gaude Maria Virgo, cunctas haereses sola interemisti. **ψ.** Quae Gabrielis Archangeli dictis credidisti. **ψ.** Dum virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum inuiolata permansisti. **ψ.** Dei genitrix intercède pro nobis.

S. sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. **I.** In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & ubera, quae suxisti. At ille di-

xit: Quin immò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Credo, & dicitur per totam Octauam.

Offertorium. Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuae paradisus, o Maria: manus tuae stillauerunt myrrham, mellifluumque facti sunt caeli, dum manu Domini fabricata es mater tanti Dei.

Secreta.

S. Vscipere digneris per te metipsum benignitatis auctorem, rogamus Domine, Matris, ac domus tuae, zelatorum deuotas cum hilaritate supplicationes: ut sicut ipsa, tua gratia praeueniens, mundo hodie immunitis apparuit: ita ipsi mundam de tuae Matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem. Per te metipsum Iesum Christum Filium suum: qui uiuis, & regnas cum Deo Patre, &c.

Illud hodie. hic & in Postcommunione omittitur extra Octauam.

Communio. Gloriosa dicta sunt de te Maria, quia fecit tibi magna qui potens est.

Postcommunio.

O. Domine, Domine, sacrificij huius suscipe suauitatis, & praesta: ut, qui hodie Mariae Conceptionem iubilando celebrant, eius salubri oratione, fructum centuplum suae deuotionis

accipiant. Per Dóminum.

Dic
14.**FESTA IANVARIJ.**
MISSA IN CELEBRITATE
Sanctissimi Nominis Iesu.**Introitus.**Psal.
2. b**N** nómine Iesu
omne genu fle-
ctatur, cælestiũ,
terrestriũ, & in-
fernórum : &omnis lingua
confiteatur, quia Dóminus Iesus
Christus in glória est Dei Patris.Psal.
8.**Psalmus.** Dómine Dóminus nos-
ter, quám admirábile est nomen
tuum in vniuersa terra! **V.** Glória
Patri. **Repetitur** In nómine Iesu.**Oratio.****D**eus, qui vnigénitum Fí-
lium tuum constituisti hu-
máni generis Saluatórem, & Ie-
sum vocári iussisti; concède propi-
tius, vt cuius sanctum nomen
venerámur in terris, eius quo-
que aspéctu perfruámur in cælis.
Qui tecum viuit.**L**éctio Actuum Apostolórum.Act.
4.**I**n diébus illis: Petrus Spíritu
sancto replétus, dixit. Prínci-
pes pópuli, & senióres, audíte. Si
nos hódie dijudicámur in bene-
facto hóminis infirmi, in quo
iste saluus factus est: notú sit óm-
nibus vobis, & omni plebi Israél,
quia in nómine Iesu Christi Na-
zaréni, quem vos crucifixistis, quéDeus suscitáuit à mórtuis: in hoc
iste astat coram vobis sanus. Hic
est lapis, qui reprobát⁹ est à vobis
ædificántibus, qui factus est in ca-
put ánguli. Et non est in áliquo
álio salus. Nec enim áliud nomen
est sub cælo datum homínibus:
in quo opórteat nos saluos fieri.**Graduale.** **S**aluos fac nos Dó-
mine Deus noster: & congrega
nos de natióibus: vt confiteá-
mur nómini sancto tuo: & glo-
riémur in glória tua.**V.** Tu Dómine pater noster, &
redémptor noster, à sæculo no-
men tuum. **A**llelúia, allelúia.**V.** Laudem Dómini loquétur os
meum, & benedícat omnis caro
nomen sanctum eius.**Tempore Paschali,** **V.** Exaltá-
bo te Deus meus rex, & benedí-
cam nómini sancto tuo Iesu in
sæculum, & in sæculum sæculi.**Post Septuagesimam dicitur**
Tractus. Dómine Deus virtú-
tum conuerte nos: & osténde fá-
ciem tuam, & salui érimus: sonet
vox tua in áuribus meis.**V.** Vox enim tua dulcis, & fácies
tua decóra nimis. **V.** Oleum ef-
fúsium nomen tuum Iesu; idéo
adolescéntulæ dilexérunt te.**Sequentia.****L**auda Sion Saluatóris
Iesu nomen, & amoris
Toto cordis iúbilo.

Nomen sanctum nos amare
 Decet semper, & laudare
 Absque mentis núbilo.
Iesu nomen potestatis,
 Atque æternæ maiestatis,
 Summi Patris bráchium.
Cælos fecit terræ molem
 Iesu nomen, atque solem,
 Et cæleste gáudium.
Angelórum ingens cœtus,
 Protoplastésque perfectus
 Fuit Iesu nómine.
Vt aquárum magni fontes
 Sunt immíssi super montes
 Iusto rerum órdine.
In Ægypto fecit signa
 Iesu nomen: & malígna
 Pérdidit prodígia.
Scisso pelágo, transuérxit
 Israël, & demérsit
 Hóstiū insignia.
Huius nóminis virtúte
 Superbórum sunt destrúctæ
 Dæmonum poténtiæ.
Smulácra idolórum
 Sunt euérta: tyrannórum
 Fractæ violéntiæ.
Iesu nomen figurátum,
 Veheménter expectátum
 Patrum desidério.
Reuelátum nobis quidem,
 Dedit spem, amórem, fidem,
 Máximo mystério.
Nomen ergo hoc amándum
 Toto corde, & adorándum
 Omni reueréntia.

In aduérsis nomen sanctum
 Inuocétur, Iesu tantum
 Adérit præféntia.
Præféntia Deitátis,
 Et totíus bonitátis
 Dulcis Iesus áderit.
Fugát morbos & liuóres,
 Sed & ánimi languóres
 Iesu vbi vénerit.
Et te cordi nostro pone
 Nóbile signáculum. Amen.
 Allelúia.
Sequéntia sancti Euan gélij
 secúndum Lucam.
IN illo témpore: Postquam ^{Luc.}
 consummáti sunt dies octo, vt
 circumciderétur puer: vocátum
 est nomen eius Iesus: quod vo-
 cátum est ab Angelo, priusquam
 in útero conciperétur. **C**redo.
Offertorium. **C**onfitebor tibi
 Dómine Deus meus in toto cor-
 de meo: Et glorificábo nomen
 tuum in ætérnum. Quóniam tu
 Dómine suáuis & mitis, & mul-
 tæ misericórdiæ ómnibus inuo-
 cántibus te. **A**llelúia. **S**ecreta.
Benedíctio tua, clementíssi-
 me Deus, qua omnis viget
 creatúra, sanctíficet, quæsumus,
 hoc sacrificíum nostrum, quod
 ad glóriá Nóminis Fílij tui Dó-
 mini nostri Iesu Christi offéri-
 mus tibi: vt maiestáti tuæ placere
 possit ad laudem, & nobis profí-
 cere ad salútem. Per eúndem
 Dóminum

Dóminum nostrum Iesum.

Præfatio de Natiuitate.

Communio. Omnes gentes quascúmque fecisti, venient, & adorábunt coram te, Dómine, & glorificábunt nomen tuú: Quóniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, allelúia.

Postcommunio.

OMnipotens ætérne Deus, qui creásti & redemísti nos: respice propítius vota nostra: & sacrificium salutáris hóstiæ, quod in honórem Nómínis Fílij tui Dómini nostri Iesu Christi maiestáti tuæ obtúlimus, plácido & benigno vultu suscipere dignéris: vt grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Iesu, ætérnæ prædestinatiónis título gaudeámus, nómina nostra scripta esse in cælis. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Die 16. **IN FESTO SS. MARTY-
rum Berardi, Petri, Accursij,
Adiuti, & Othonis.**

Introitus.

Pfal. 33. **M**ultæ tribulatiónes iustórum, & de his ómnibus liberáuit eos Dóminus: custódit ómnia ossa eórum, vnum ex his non conterétur.

Ibid **Psalms.** Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

Gloria Patri, & Fílio, &c.

Oratio.

LArgírenos, quæsumus Dómine, beátis martyribus tuis Berádo, Petro Accúrso, Adiúto, & Othóne intercedéntibus, cæléstia semper, & Christum amáre: quorum glorióso martyrio, Ordinis Minórum inítia consecrásti. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres: Spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infirmi, vos auté fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Vsq̄ue in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & cólaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborámus operántes máribus nostris. Maledícimur, & benedícimus: persecutióne patimur, & sustinémus: blasphemámur, & obsecrámus: tamquam purgaménta huius mūdi facti sumus, ómnium peripséma vsq̄ue adhuc. Non vt confundam vos hec scribo, sed vt fílios meos charíssimos móneo. In Christo Iesu Dómino nostro.

Graduale. V índica Dómine ^{Pfal. 78.} sánguinem sanctórum tuórum, qui effúsus est. **V.** Posuerút morticína feruórum tuórum Dómi-

ne, escas volatilibus cæli: carnes sanctôrum tuorum bêstis terræ.

Allelûia, allelûia. *ψ*. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, incluta tenens regna cælestia. **A**llelûia.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, & additur sequens ψ.

Preliosâ in conspèctu Dômini, mors sanctôrum eius. **A**llelûia.

Post Septuagesimam in Missis votiuus dicitur sequens Tractus.

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. *ψ*. Eûntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. *ψ*. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Mat. 10. 6 **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præfides, & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loqua-

mini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & Pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. **C**redo.

Offertorium. Iustorum anime ^{sap.} in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: vili sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. **Secreta.**

Pro preliosâ, Dômine, tuorum morte Sanctorum sacrificium istud offerimus: quo opem tuam nostris temporibus clementer impendas: & gratiam nobis veræ deuotionis exhibeas. Per Dôminum nostrum.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreâmini ab his, qui vos persequuntur.

Postcommunio.

Cælestia Dômine dona, quæ sumpsimus vitam nobis tribuant sempiternam: quam cum beatorum martyrum tuorum Berardi, Petri, Accursij, Adiuti atq; Othonis gloriosis meritis imploramus. Per Dôminum.

FESTA FEBRUARII.

IN TRANSLATIONE

S. Antonij de Padua Confess.

Missa dicitur vt in die Natalis eiusdem: sed in Oratione pro uoceilla Solémnitas dicitur Translatio: Et sic fit in omnibus alijs Translationibus, vbi eadem vox, seu festiuitas; aut natalitia inuenitur: sed in eis non dicitur Credo.

Dic
19.

**FESTA MARTII.
IN TRANSLATIONE
S. Bonauenturæ Episcopi &
Confessoris vt in die Natalis
eiusdem.**

Dic
20.

**S. IOACHIMI CONFESS.
Missa dicitur de Comuni
Confess. non Pontif. O siusti, si-
ne Credo.**

Dic
14.

**IN FESTO ARCHANGELI
Gabrielis. Introitus.**

Psal.
67.

TP Ræuenerunt Príncipes coniuncti psaléntibus in médio iuencularum tympanistriarum. **Psalms. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie eius. Vers. Glória Patri.**

Ibid

Oratio.

Deus qui per Archángelum tuum Gabrielem, Saluatõrem mundi sacratíssimæ Virgini concipiéndum nuntiásti: da, vt eúdem & mente pura concipiámus: & feruido imitémur afféctu. Per eúdem Dóminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioánnis Apóstoli.

ET séptimus ángelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes: Factum est regnum huius mundi, Dómini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculõrum, Amen. Et vigintiquátuor seniores, qui in conspéctu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in fácies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Grátias agámus tibi Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es: quia accepisti virtútem tuam magnam, & regnásti. Et apértum est templum Dei in cælo: & visa est arca testaménti in templo eius. Et signum magnum apparuit in cælo: Múlier amícta sole, & luna sub pedibus eius, & in cápite eius coróna stellárú duódecim & in vtero habens, clamábat partúriens, & cruciabátur vt páriat. Et péperit filium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes in virga férrea.

Graduale. Attóllite portas príncipes vestras, & eleuámini portæ æternáles: & introíbit Rex glóriæ. V. Quis est iste rex glóriæ? Dominus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Tractus. Ecce vir vnus Gabriel vestítus háncis, & renes eius

accincti auro obrizo. **V.** Et corpus eius quasi Chrysolithus, & facies eius velut species fulguris. **V.** Et oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis. **V.** Et vox sermonum eius quasi vox multitudinis.

Luc. **Tempore Paschali.** Alleluia, alleluia. **V.** Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem desponsatam Ioseph. **A**llel. **V.** Ecce vir vnus Gabriel quem videram à principio, citò volans tetigit me, & docuit me. **A**lleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. **I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus

Deus sedem Dauid Patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile ar. Deum omne verbum. **F**ratres Mariæ. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. **C**redo.

Offertorium. Benedicite Dominum omnes Angeli eius, potentés virtute facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. **Secreta.**

EXaudi Domine preces nostras, quas per Archangelum tuum Gabrielem mittimus presentandas, quibus suppliciter exoramus: ut & hanc hostiam salutarem, & per eam nos tibi sacros in odorem suauitatis suscipias. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Communio. Ecce Michael **Dan.** vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. ^{102.}

Postcommunio.

Roborent nos, quæsumus
Dómine, sacra quæ sumpsi-
mus: & fauente Archángelo tuo
Gabriële, in ópere efficáces, &
in tuo amóre féruidi inueniá-
mur. Per Dóminum nostrum.

Dic
17.

FESTA MAII.

IN TRANSLATIONE
S. Bernardini Confessoris.

Missa sequens in eiusdem nata-
li: sed in Oratione pro voce illa.

Solénitáte, dicitur Translatiõe.

Dic
20.

IN FESTO SANCTI
Bernardini Confessoris.

Introitus.



S iusti meditá-
bitur sapiéntiã,
& lingua eius
loquetur iudí-
cium: lex Dei
eius in corde ip-

Pfal.
32.

síus. **Pfal.** Exultáte iusti in Dó-
mino: rectos decet collaudátio.

✠. Glória Patri.

Oratio.

Adésto Dómine, supplica-
tionibus nostris, quas in
beáti Bernardíni confessoris tui
solemnitáte deférimus: vt, qui
nostræ iustitiæ fidúciã non ha-
bémus: eius, qui tibi placuit, pré-
cibus adiuuémur. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecl.
45.

Diléctus Deo, & homínibus,
cuius memória in benedi-

ctiõe est. Similem illum fecit in
glória sanctórum, & magnificá-
uit eum in timóre inimicórum, &
in verbis suis monstra placáuit.
Glorificáuit illum in conspéctu
regum, & iussit illi coram pópulo
suo, & osténdit illi glóriã suã.
In fide & lenitáte ipsíus sanctum
fecit illum, & elégit eum ex om-
ni carne. Audíuit enim vocem
ipsíus, & indúxit illum in nubem.
Et dedit illi corã præcépta, &
legem vitæ & disciplínæ.

Graduale. Os iusti meditábi-
tur sapiéntiã, & lingua eius lo-
quetur iudíciũ. ✠. Lex Dei e-
ius in corde ipsíus: & non sup-
plantabúntur gressus eius. Alle-
lúia, allelúia. ✠. Iustus germiná-
bit sicut líliũ, & florebit in æ-
térnum ante Dóminum. Alle-
lúia.

Pfal.

36.

Pfal.

111.

**Tempore Paschali omittitur
Graduale, & additur sequens ✠.**

Beátus vir, qui suffert tentatiõe-
nem, quóniam cum probátus
fúerit, accípiet corónã vitæ.
Allelúia.

**Eo ordine quo dicitur in Ru-
brica Sabbati in Albis.**

Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Mattheum.

In illo témpore: Dixit Simon ^{Mat.}
Petrus ad Iesum: Ecce nos re- ^{19. d}
líquimus ómnia, & secúti sumus
re: quid ergo erit nobis: Iesus au-

tem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. **C**redo. & dicitur per totam Octauam.

Offertorium. **I**n virtute tua Domine lætabitur iustus & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet.

Communio. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. **Postcommunio.**

Quæsumus omnipotens Deus: ut qui cælestia alimenta percipimus, intercedente beato Bernardino confessore tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

IN TRANSLATIONE ^{Die}

S. P. Francisci. Missa. Mihi ^{25.}

autem. **vt in votiuus eiusdem.**

FESTA IUNI.

IN FESTO SANCTI ^{Die}

Antonij de Padua Confess. ^{ij.}

Introitus.



N medio Eccl^{ie}cl^{ie}siæ aperuit os eius; & impleuit eum Dominus spiritu sapientie, & intellectus, stolam gloriæ induit eum. **Psal.** Bonum est confiteri ^{psal.} Domino, & psallere nomini tuo ^{91.} Altissime. **Gloria Patri. Oratio.**

Eccl^{ie}siam tuam Deus, beati Antonij confessoris tui sollemnitas votiuua lætificet: ut spiritalibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientie.

Optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientie: & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum quonia omne aurum in comparatione illius, arena est exigua: & tamquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi eam, & propo-

fui pro luce habere illam, quonia inextinguibile est lumen illius. Venérunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus: quoniam antecederat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.

psal.
36.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. **V.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **Allelúia, allelúia.** **V.** Antóni compar inclyte, nostri quondam itineris: tu nobis adhuc miseris, in patria iam prædite: te glorioso comite, nos ora frui superis. **Allelúia.**

Tempore Paschali omittitur

osee
14.

Graduale, & additur sequens. V. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. **Allelúia.**

Post Septuagesimam, Tractus.

Beatus vir qui timet Dominum: psal. 111.
in mandatis eius cupit nimis.

V. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **V.** Glória & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti Euangelij
secundum Mattheum.**

IN illo tempore: Dixit Iesus <sup>Mat.
5. b</sup> discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum: ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni soluere iugum, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Qui au-

tem fécerit, & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælorum. **C**redo. & dicitur per totam

Octauam.

Psal. **Offertorium.** **V**eritas mea, & misericórdia mea cum ipso, & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

Præsens oblátio fiat, Dómine, pópulo tuo salutáris, pro quo dignátus es Patri tuo te uiuentem hóstiam immoláre. Qui cum eódem Deo Patre, in vnitate Spíritus sancti uiuis, & regnas Deus. Per ómnia secula seculórum.

Mat. **Communio.** **D**ómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. Euge serue bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.


Postcommunio.

Diuinis Dómine munéribus satiári: quæsumus, vt beáti Antónij confessóris tui méritis gloriósis, salutáris víctimæ desiderátum sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

FESTA IULII.
IN FESTO SANCTI

**Bonauenturæ Episcopi &
Confess. & Ecclesiæ
Doctoris.**

Introitus.



DN médio Ecclésiæ apéruit os eius; & impleuit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ, & in-

telléctus, stolam glóriæ induit eum. **Psal.** **B**onum est confitéri Dómino, & psállere nómini tuo Altíssime. **G**lória Patri. **O**ratio. **D**eus, qui Ecclesiæ tuæ beátum Bonauentúram Confessórem tuum, atque Pontíficé, Doctórem mirábilem tribuísti: concéde propítius: vt apud te hunc pium semper intercessórem habére mereatur. Per Dóminum.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Charíssime: Testíficor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicatúrus est uiuos & mórtuos, per aduéntú ipsius, & regnú eius. Prædica verbú, insta opportúnè, importúnè: árgue, óbsecra, increpa in omni paciéntia, & doctrína. Erit enim tempus cùm saná doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coaceruábunt sibi magístros pruriéntes áuribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fábulas autem conuertentur. Tu verò vígila, in ómnibus labóra, opus fac euangelístæ, ministérium tuum imple, sóbrius esto.

esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo repõsita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Non solum autem mihi, sed &

Psal.
36.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Psal.
109.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ad eius Versum ad-

Osec.
14.

dicur. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

Psal.
111.

Beatũs vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.

Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Glõria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

Mat.
5. b

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit, in quo

falietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non prateribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. **Oratio & dicitur per totam Octauam.**

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti Bonaventurae confessoris tui, atque Pontificis quaesumus Domine, annua so-

lémnitas pietáti tuæ nos reddat
acceptos : vt per hæc piæ placati-
ónis officia, & illum beáta re-
tribútio comitétur, & nobis grá-
tiæ tuæ dona concíliet. Per Dñm.

Luc. **Communio.** F idélis seruus &
22. prudens, quem constituit Dómi-
nus super famíliam suam : vt det
illis in tēpore trítici mensúram.

Postcommunio.

Deus fidélium remunerátor
animárum, præsta : vt beáti
Bonauentúre Confessóris tui at-
que Pontíficis, cuius venerán-
dam celebrámus festiuitátem,
précibus indulgéntiam conse-
quámur. Per Dóminum.

Die **IN FESTO S. ANNÆ**
26.

Matris Virginis Mariæ.

¶ **Missæ dicitur, vt in Missa-
linouo.**

Die **FESTA AVGVSTI.**
2. **IN FESTO CONSE-
crationis Ecclesiæ S. Mariæ
Angelorum apud Assisium.**

¶ **Missæ dicitur de Communi
Dedicationis Ecclesiæ.**

Die **IN FESTO S. CLARÆ**
12. **virginis. Introitus.**

Psa. **V**ltum tuum depre-
44. cabuntur omnes dí-
uites plebis : addu-
cēntur regi vírgines
post eam : próximæ eius afferen-
tur tibi in lætítia, & exultaciónē.

Ibid. **Psalmus.** E ructauit cor meum

verbum bonum : dico ego ópera
mea Regi. **✠.** Glória Patri.

Oratio.

F Amulos tuos, quæsumus Dó-
mine, beátæ virginis tuæ Cla-
ræ votíua natalítia recenséntes,
cæléstium gaudiórum sua fácias
interuentione partícipes, & tui
vnigéniti coherédes. Qui tecum
viuit & regnat.

Léctio Epístolæ beáti Pauli
Apóstoli ad Corínthios.

F Ratres : De virgínibus præ-
ceptum Dómini non hábeo, ^{r. Cor. 7.d}
consílium autem do, tamquam
misericórdiam consecútus à Dó-
mino, vt sim fidélis. Existimo et-
go hoc bonum esse propter in-
stántem necessitátem, quóniam
bonum est hómini sic esse. Alli-
gátus es vxóri? noli quærere so-
lutióne. Solútus es ab vxóre?
noli quærere vxórem. Si autem
accéperis vxórem, non peccásti.
Et si núpserit virgo, non peccá-
uit: tribulatióne tamen carnis
habébunt huiúsmodi. Ego au-
tem vobis parco. Hoc itaque di-
co fratres. Tempus breue est, reli-
quum est, vt & qui habét vxóres,
tamquam non habéntes sint: &
qui flent, tamquam non flentes:
& qui gaudent, tamquam non
gaudéntes: & qui emunt, tam-
quam non possidéntes: & qui v-
tuntur hoc mundo, tamquam

non vtantur: preterit enim figurā huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Dōmini sunt, quōmodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quōmodo placeat vxōri, & diuisus est. Et mulier innūpta, & virgo cōgitat quæ Dōmini sunt, vt sit sancta & corpore, & spīritu. In Christo Iesu Dōmino nostro.

Graduale. Concupiuit rex decorem tuum, quōniam ipse est Dōminus Deus tuus. *✠.* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. **Allelūia, allelūia.** *✠.* Hæc est virgo sapiens, & vna de numero prudentum. **Allelūia.**

Tempore Patchali omittitur Graduale, & additur ✠. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! **Allelūia.**

Post Septuagesimam, Tractus. **Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam:** quia concupiuit Rex spēciem tuam. *✠.* Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filia regum in honore tuo. *✠.* Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. *✠.* Afferentur in lætitia & exultatione: adducuntur in templum Regis.

Sequentia sancti Euangēlij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus ^{Mat.} discipulis suis: Simile est regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes. Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigilâte itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Credo. Et dicitur per totam Octauam.**

Psal. **Offertorium.** Adducéntur regi
44. vírgines post eam, próximæ eius
afferéntur tibi in lætítia & exulta-
tíone: adducéntur in templum
regi Dómino. **Secreta.**

Oblata tibi, quæsumus Dó-
mine, dona sanctífica, quæ
maiestáti tuæ accépta faciát beá-
ta vírginis Claræ intercessio ve-
neránda. Per Dóminum.

Communio. **Q**inque prudén-
tes vírgines accepérunt óleum in
vafis suis cum lampádibus; média
autem nocte clamor factus est:
Ecce sponsus venit: exíte óbuiám
Christo Dómino.

Postcommunio.

Prótegant, quæsumus Dó-
mine, plebem tuam glorió-
sæ vírginis tuæ Claræ continuá-
ta præsidia, & sumpta pro illius
glória córporis tui facti, & pre-
tiosi sánguinis sacraménta. Qui
tecum viuit, &c.

Dic **IN FESTO S. LVDOVICI**
29. **Episcopi, & Confessoris.**

Introitus.

Eccl.
45.



Statuit ei Dómi-
nus testamétum
pacis, & prínci-
pem fecit eum, vt
fit illi sacerdotij
dignitas in atér-

Psal. num. **Psalmus.** Memento Dó-
131. mine Dauid: & omnis mansuetú-
dinis eius. **V** Glória Patri.

Oratio.

Deus qui Ecclésiám tuam dis-
positióne mirábili, nouis
semper illústras sanctórum splé-
dóribus tribue quæsumus, vt qui
beáti Ludouíci Confessoris tui
atque Pontíficis, solémniis gra-
tulámur, ad eius consórtium felí-
citer perducámur. Per Dóminú.

Lectio libri Sapientíæ.

Ecce sacerdos magnus, qui *Eccl*
in diébus suis placuit Deo, *44.*
& inuéntus est iustus: & in tén- *45.*
pore iracúndiæ factus est recon-
ciliátio. Non est inuéntus símilis
illi, qui conseruáret legem Ex-
celsi. Ideò iureiurádo fecit il-
lum Dóminus créscere in plebem
suam. Benedictiónem ómnium
géntium dedit illi, & testamén-
tum suum confirmáuit super ca-
put eius. Cognóuit eum in be-
nedictiónibus suis: conseruáuit
illi misericórdiam suam: & in-
uénit grátiam coram óculis Dó-
mini. Magnificáuit eum in con-
spéctu regum: & dedit illi coró-
nam glóriæ. Statuit illi testamén-
tum sempitérnum: & dedit illi
sacerdotium magnum: & beati-
ficáuit illum in glória. Fungi sa-
cerdotio, & habére laudem in
nómine ipsíus: & offerre illi in-
cénsú dignú, in odóre suauitátis.

Graduale. Ecce sacerdos ma- *Ibid*
gnus, qui in diébus suis placuit

Deo. *ψ*. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excellsi. Allelúia, allelúia. *ψ*. Rosa vernans charitatis, lílium virginitatis, stella fulgens Ludouicus, vas sanctitatis, ora pro nobis Dóminum, allelúia.

Pfal. **Tempore Paschali omittitur**

Graduale, & additur sequens *ψ*.

Tu es sacerdos in ætérnum, secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

Pfal. **Post Septuagesimam, Tractus.**

Beatus vir qui timet Dóminum: in mandatis eius cupit nimis.

ψ. Potens in terra erit semen eius, generatio rectórum benedicetur. *ψ*. Glória & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Euangélij
secundum Matthæum.

Mar. **I**n illo tempore: Dixit Iesus ^{14.c} discipulis suis. Vigiláte, quia nescitis qua hora Dóminus uerter venturus sit. Illud autem scitote, quóniam si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfo-di domum suam. Ideò & uos esto-te parati, quia nescitis qua hora filius hóminis uenturus sit. Quis putas, est fidelis seruus & prudés, quem constituit dóminus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem

cum uenerit dóminus eius, inue-nerit sic faciéntem. Amen dico uobis, quóniam super ómnia bona sua constituet eum. **Credo. & dicitur per totam Octauam.**

Offertorium. Inueni David *Pfal.* seruum meum, oleo sancto meo *sg.* unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & bráchium meum confortabit eum. **Secreta.**

Sacrificia Dómine, qua in honóre sancti Ludouici Confessoris tui atque Pontificis, tuæ offétimus maiestati, nobis sint ad salutem efficácia, & tuæ plácita pietati. Per Dóminum.

Communio. Beatus seruus, quem *Mar.* cum uenerit dóminus, inuenerit *14.* uigilántem. Amen dico uobis, super ómnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

Imménsam cleméntiam tuam, **I**omnipotens Deus, suppliciter exorámus: ut intercedente beato Ludouico Confessore tuo atque Pontifice, per hæc sancta que sumpsimus, cuncta nobis aduerfántia, te adiuuante uincamus. Per Dóminum.

IN FESTO S. LVDOVICI *Die* *25.*

Regis Francorum, Confess.

¶ Missa. Os iusti. ut ponitur

ipso die in Missali nouo.

FESTA SEPTEMBRIS. *Die* *17.*

IN FESTO STIGMATVM

beati Patris nostri Francisci.

**Ex concessione Pauli V. Sū-
mi Pontif. semel in mense, prima
die non impedita Officio nouem
Lectionum, (extra Aduentum, &
Quadragesimam) fiat Officium
Sacrorum Stigmatum B. P. nostri
Francisci. Introitus.**

Mihi autem absit gloriāri
nisi in cruce Dōmini
nostri Iesu Christi, per
quem mihi mundus crucifixus
est, & ego mundo. **Psalin.** **V**oce
mea ad Dōminum clamāui, voce
mea ad Dōminū deprecātus sum.

Glória Patri. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui
frigescente mundo, ad in-
flammānda corda nostra tui amō-
ris igne in carne Beatissimi Patris
nostri Francisci Passiōnis tuæ sa-
cra stigmatica renouāsti: concē-
de propitius, vt eius mēritis &
p̄cibus Crucē iūgiter ferāmus,
& dignos fructus penitentiæ fa-
ciāmus. Qui uiuis & regnas cum
Deo Patre. in vnitāte Sp̄ritus
sancti Deus: Per omnia s̄cula
s̄culōrum. **Be.** Amen.

**Lectio Epistolæ beati Pauli
Apōstoli ad Gálatas.**

Fratres: Mihi autem absit
gloriāri, nisi in Cruce Dō-
mini nostri Iesu Christi: per quē
mihi mundus crucifixus est, &
ego mundo. In Christo enim Ie-
su neque circumcisio aliquid va-

let, neque pr̄p̄tium, sed noua
creatūra. Et quicumque hanc ré-
gulam secuti fuerint, pax super
illos, & misericordia, & super Is-
raël Dei. De cetero nemo mihi
molēstus sit: ego enim stigmata
Dōmini Iesu in corpore meo
porto. Grátia Dōmini nostri Ie-
su Christi, cum sp̄ritu vestro,
fratres, Amen.

Graduale. Os iusti meditābi-
tur sapiētiā, & lingua eius lo-
quetur iudiciū. **Psal.** **16.**
Lex Dei eius
in corde ipsius: & non supplan-
tabuntur gressus eius. **Allelúia,**
allelúia. **Christo confixus sum**
cruci: uiuo autem ego, iam non
ego, uiuit uero in me Christus.

Allelúia.

**Tempore Paschali omittitur
Graduale, & additur sequens. Ps.**

Hic Franciscus pauper & humilis
cælum diues ingreditur, hymnis
cælestibus honoratur. **Allelúia.**

Post Septuagesimam, Tractus.

Desiderium animæ eius tribuisti
ei, & uoluntate labiōrum eius **Psal.** **20.**
non fraudasti eum. **Quoniam**
præuenisti eum in benedictiōni-
bus dulcedinis. **Posuisti in cá-
pite eius corōnam de lapide pre-
tioso.**

**Sequētia sancti Euangelij
secundum Matthæum.**

In illo tempore: Dixit Iesus **Mat.**
discipulis suis: Si quis uult post **10. d**

me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam meam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucratur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

Credo.

Psal.
20.

Offertorium. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Secreta.

Adsit nobis, quaesumus Domine Iesu Christe, beatissimi Patris nostri Francisci pia, humilis, & deuota supplicatio: in cuius carne, prerogatiua mirabili, passionis tuæ sacra stigmata renouasti, & presta: vt virtute presentis oblationis tuæ, passionis circa nos beneficia iugiter sentiamus. Qui viuus.

Præfatio, vt in die Natalis eiusdem.

Mat.
16.

Communio. Qui vult post me venire, abneget semetipsum, &

tollat crucem suam, & sequatur me.

Postcommunio.

Deus, qui mira crucis mysteria in beato Francisco confessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis quaesumus, deuotionis suæ semper exempla sectari, & assidua eiusdem crucis meditatione muniri. Per Dominum.

IN FESTO SANCTI Die
28.

Elzearij Confessoris.

Missæ, O s iusti, &c. de Comuni Confess. non Pontificis. Euangélium, Nolite timere pusillus grex. vt in sequenti Missa eiusdem Comuni.

DE SANCTO ANGELO Custode, nisi sit impedita alio festo nouem Lectionum, alioquin prima die non impedita.

FESTA OCTOBRIS. Die

IN TRANSLATIONE Die
4.
sanctæ Claræ Virginis.

Missæ vt in die Natalis eiusdem, seruata Rubrica Translationis sancti Antonij, supra. pag. 8.

IN FESTO SANCTIS- Die
4.

simi Patris Nostri Francisci Confessoris.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beati Francisci: de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Fi-

Dei **Psalm.** **E**xultate iusti
in Dño: rectos decet collauda-
tio **¶**. Glória Patri.

In Missis votiuus dicitur Introi-
tus; **M**ihi autem. **¶** in festo **Sti-**
gmarum. **O**ratio.

Deus qui Ecclesiam tuam
beati Francisci méritis, fœ-
tu nouæ prolis amplificas: tríbue
nobis, ex eius imitatione terréna
despícere, & cælestium donórum
semper participatióne gaudére.
Per Dóminum.

Lectio Epístolæ beati Pauli
Apóstoli ad Gálatas.

ERatres: Mihi autem absit
gloriári, nisi in Cruce Dó-
mini nostri Iesu Christi: per quæ
mihi mundus crucifixus est, &
ego mundo. In Christo enim Ie-
su neque circumcisio áliquid val-
let, neque præputium, sed noua
creatúra. Et quicumque hanc ré-
gulam secúti fuerint, pax super
illos, & misericórdia, & super Is-
raél Dei. De cétero nemo mihi
molestus sit: ego enim stigmata
Dómini Iesu in corpore meo
porto, Grátia Dómini nostri Ie-
su Christi, cum spírítu vestro,
fratres, Amen.

Graduale. **C**onsisti meditabitur
sapiéntiam, & lingua eius loqué-
tur iudícium. **¶**. Lex Dei eius in
corde ipsius: & non supplantá-
buntur gressus eius. **A**llelúia, al-

lelúia **¶**. **O** Patriarcha páupe-
rum Franciscæ, tuis précibus au-
ge tuórum número in charitate
Christi: quos cancellatis mani-
bus, cæcúriens vt móriens Iacob,
benedixisti. **A**llelúia.

Tempore Paschali omittitur
Graduale, & dicitur ¶. Hic Fran-
ciscus pauper & húmilis cælum
diues ingreditur, hymnis cælé-
stibus honorátur. **A**llelúia.

Post Septuagesimam, Tractus.

Beátus vir qui timet Dóminum:
in mandátis eius cupit nimis.

¶. Potens in terra erit semen eius,
generatio rectórum benedicé-
tur. **¶**. Glória & diuítia in domo
eius, & iustícia eius manet in sæ-
culum sæculi.

Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Matthæum.

In illo tempore: Respondens **Mar:**
Iesus dixit: Confíteor tibi **ii.**
Pater, Dómine cæli & terræ: quia
abscondisti hæc a sapiéntibus, &
prudéntibus, & reuelasti ea pár-
uulis. Ita Pater: quóniam sic fuit
plácitum ante te. Omnia mihi
trá dita sunt a Patre meo. Et ne-
mo nouit Fílium, nisi Pater: ne-
que Patrem quis nouit, nisi Fí-
lius, & cui volúerit Fílius reuelá-
re. Veníte ad me omnes, qui la-
borátis, & oneráti estis, & ego re-
ficiam vos. Tóllite iugum meum
super vos, & discite a me, quia mi-
tis

 ATELIER
TIEMEYER
EINBANDKUNST UND RESTAURIERUNG
Berlin-Wilmersdorf

restauriert
08/2016

